

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 02 : De Tethye & Thetide](#)

## Auteur(s) : Conti, Natale

,"author\_name\_items":"Auteur(s)","author\_size\_items":"16px","title\_size\_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()/\* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.\_jsonld); }); \*/}, false);

### Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 02 : De Tethye & Thetide](#) est une version augmentée de ce document

---

### Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 03 : De Tethys & Thetis](#) est une transformation de ce document

---

### Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 02 : De Thetys & Thetis](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice

Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

dicitur fuisse Juno educata, quod aqua in aera proximum cum rario frigido  
uitur: atq; aer densior factus ad alumnam Oceanum descendit in aquam ver-  
sus, ut est elementorum inter se generatio. Hunc eundem oceanum tradi-  
dit Orpheus, & omnes antiquorum Theologi principium ortus Diis & re-  
bus existisse; quia, ut sensit Phales, nihil sine humectatione nascitur aut pa-  
trescit; atque omnes elementorum qualitates, quas Deorum nominibus ap-  
pellarunt, ex humore nascuntur. Taurinum autem caput Oceano tribuerunt  
antiqui propter vim ventorum, & quibus excitatur & impellitur, vel quia  
tauris similem tremiculum emittat, vel quia tanquam taurus furibundus in  
litora feratur, cuiusmodi flaguntur esse etiam flumii. fabulati sunt propte-  
rea Oceanum fuisse amicissimum Prometheo, quoniam nauigantibus per  
Oceanum maxima prudentia & peritis opus sit, non solum ut siderum ductu-  
quo cupiunt pervenire, sed etiam peritis opus est in obseruandis & deuitan-  
dis scopulis, in multo ante cognoscendis tempestatisibus ac ventorum signis,  
& in omnibus denique vitandis, quae possunt nauigantes in summum diceri  
men inducere: Quae sedem eti utilia sunt in mari Mediterraneo, non tam  
tantopere videntur necessaria. Huius uxorem fuisse Therym dixerunt, de  
qua paulo post dicetur. Oceani filii tam multi & filix fuisse dicuntur, quia  
ex vaporibus, qui calore solis sublimes tolluntur, gignuntur flumiorum aqua,  
& fontes reputarunt antiquorum nonnulli, nam eti voluit Arist. fontes ex  
aere in locis caveriosis in aquam verso procreari, tamen si diutius siccitas  
celi exticerit, neque sicut imbre, vel penitus arescere flumina & fontes,  
vel ad tenuissimum euesum deduci videmus; quare eti non tota, maior sa-  
men pars flumiorum & fontium ita procreatur, ut appareat. inter filios Oceani  
et Tyche connumeratur, quae fortuna est, quia fortunatos esse oportet nau-  
igantes, & oes illos, qui se ventorum fidei committunt. atq; ut summatim  
dicam, per Oceanum fabulosum rerum naturalium generationem, & necessariam  
esse nauigantibus prudentiam significarunt. at nunc de Teche dicamus.

De Teche &amp; Thetide.

Cap. 11.

30

**T**ECHYS, quae uxor fuit Oceani, Terra & Caeli filia & ipsa fuit, ut ait He-  
liod. in Theog.

τεχης θεούσα τεχης δαίμονας βαλεύσιλα.  
μίστη, φάντη, διόπτη, μαντείαλητη,  
δαίμονα εργάτης λαζαρίτης  
φάντης χρυσούς, φάντης, τεχης ο πεταλού.  
Oceanum Calo peperit, cui vastus profundus.  
Et simul Iapetum, Crumiq; Rheamq; Themimq;  
Memnosyne, Thiam, Crumq;, Hyperion, Techym  
Formolam; Phœbenq; coma est cui cincta corona.

Hanc deorum matrem appellavunt, cum pater illorum esset Oceanus. The-  
tis vero, quae priore aspirata legitur, Chironis filia fuit, ut ait Epicharmus  
in Hebes nuptiis;

Μήτης αἴρεται οὐδὲν  
Οὐδὲ Επιχάρμος.  
Puella vix Chironis horum fugerat  
Currenta Thetis,

Ooo at Home.

## Mythologiarum

At Homerus tamē in hymno in Apollinem Nerei filiam fuisse significatur in his; *Aeneas ēsperū duxitq; dīcū ēsperimētā  
ālīam.*

Candida sed cepit mox illum filia Nerei.

Quod etiam testatus est Anaxandrides Rhodius, ubi Thetim de se ipso loquenter introdit in his carminibus;

*Io. 703 pīrō dīcū rōs adīcōtētā*

*Sīcū dīcūtētā Nēpīs vālīam.*

10

Deas marinas inter haud ingloriam

Thetim vocarunt Nerei me filiam.

Et Eutipides in Iphig. in Aulide;

*Ma. 711 dīcūtētā sūpētā tētēpātētā*

*Nēpīs qūtētāpīs dīcūtētā, dīcūtētā.*

At non per vndis educatum Nereum

Thetidis patrem, cuiusq; ego sum filius.

Hæc fuit uxor Pelei, atque dicta est omnium mulierum fuisse forma prestantissima; de cuius nuptiis ita scribit Apollodorus, *als rōs mōnūmētā pītētā quēd*

20

*spītētā rōpītā tōtā dīcūtētā, dīcūtētā dīcūtētā tētēpātētā vālīam, pītētā dīcūtētā dīcūtētā, dīcūtētā dīcūtētā vālīam, dīcūtētā dīcūtētā vālīam. Inquiunt enim louetes ac Neptunum solos de nuptiis contendisse. At Thetim noluisse congregandi cum loue,*

*quia fuisse a Junone educata: quamobrem iratus Jupiter, illam mortali dedit in matrimonium, ut est lib. 1. Metam. apud Ovid. Alii dixerunt Apollinem vñi cum loue & Nepruno de illius nuptiis contendisse, sed omnes fuisse a Prometheo, vel, vt alii magis placuit, a Thetide deterrites, quod ex illa filius patre prestantior esset oriturus. Scriptum reliquit Isacius Peleum Chironis consilio Thetim comprehensisse, cum in variis formas mutaretur, atque in sepiam denique fuisse conuersa. id cum in loco Thessaliz Magnesia accidisset, locus ipse Sepias dictus fuit, vt ait Zer. hist. 46. chil. 1. celebrare sunt autem Pelei & Thetidis nuptia in Pelio monte, ad quas omnes*

30

*Dii præter Discordiam conuenerunt: quæ pomum aureum in locum nuptiarū iniecit, dīcūtētā dīcūtētā. Contulerunt huic omnes Dii munera: Pluto Smyzgadum insignem, Neptunus equos Xanthum & Balliam, Vulcanus cultrum, & dīcūtētā ceteri alii. Nam ita mos fuit antiquorum, ut cum donis ad nuptias convenirent. Sequentibus postea temporibus & aliis filios & Achillem Thetis Peleo genuit, quos cum sub igne per noctem occularet, ut quod mortale esset absconceretur, mortui sunt. Achilles vero Ambrosia per diem inunctus, & sub igne per noctem occulatus dicitur aliquantulum perdurasse, donec re a Peleo deprehensa Thetis irata se in numerum Nereidum receperit. Atque eo tempore Achilles vocatus fuit Pyrisous, tanquam ab igne seruatus, &*

40

*Chironi educandus datus fuit, & postea Achilles ob eam causam, quod ex uno labro carceret dictus, vt ait in his Agamemnon;*

*Da. 720 tētēpātētā dīcūtētā, dīcūtētā dīcūtētā*

*Postūs nīlātās dīcūtētā dīcūtētā,*

*āpītētā dīcūtētā dīcūtētā lītā wāpītētā dīcūtētā.*

*dīcūtētā dīcūtētā dīcūtētā dīcūtētā*

Additur huic nomen Pyrisous, ipse at Achillem

De labri Peleus nomine dixit eum:

Sub cinere exulsit puero quis pruna iacenti

Sub

Vnum de labris, hinc quoque nomen habet.

Fuerunt qui dixerint Thetidem non sub flamma solitam esse occultare filios  
e Peleo suscepitos, sed in lebetem aqua bullentis iacere, ut experiretur an  
mortales geniti essent. atque huc de Thetide filia Nerei. Tethys Oceani  
vxor, sororque Titanis Ephyren poperit, quae nupsit postea Epimetheo; &  
Pleionem Atlantis vxorem, de qua sic ait Osrid.lib.5. Fa. 11.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethym.

Qui terram liquidis, qui pater, ambit aquis.

Hinc sata Pleione cum cœlifero Atlaute

Iungitur ut fama est, Pleiadaisque parit.

10

Verum siue Thetidem nominemus, siue Tethym, utraque Dea fuit marina,  
& Tethys putanda est ipsa aqua moles, que ad generationem coauerit. The-  
tis vero aqua elementum, ut patet ex Pollio Virgili;

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,

Quæ tentare Thetis ratibus, quæ cingere muris

Oppida:

Nam nisi sit Oceanus vniuersa aqua, ac materia Tethys ad generationem  
concreta, ridiculum sanè erit mare etiam uxorem habere. cuī igitur ea ma-  
teria, ex qua cuncta gignantur, coauerit, illa Deorum & animalium omnium  
materia dicta est. Quod accinet ad nuptias Pelei, scriptum reliquit Scaphy-  
lus in libro de Thestalia Chironem rerum astronomicarum peritisimum vo-  
luisse Peleum illustrare, quare tempus obseruauit, quo futuri essent magni  
imbres, atque famam in homines dissipauit quod Ioue concedente Peleus  
Thetidem esset uxorem daturus, ad quas nuptias Dii cum pluia & ma-  
gna hyeme forent venturi. cum tempus igitur huiusmodi aduentusset Pe-  
leus duxit Philomelam Actoris Myrmidonis filiam: sed tamen nomen de  
Thetide inualuit, verum de his alibi copiosius dictum sit hac: de Thetide suf-  
ficiant. at nunc de Tritone dicamus.

20

De Tritone.

Cap. III.

30

**T**riton Dent marinus, quorum filius fuerit, non conuenit inter scri-  
ptores. Hesiodus Neptuni & Amphitrites illum filium fuisse dicit in  
Theog. in his;

Ἐντὸς ἀπορρήτων τοῖς ἐπεργάσιοις οὐδετέλλεται

Τρίτονος πόλεις τοντοὶ πατεῖ, δέρε θαλάσσην

Πολὺς γάρ, τοπεῖ μητρὶ πόλεις καὶ πατρὶ πόλεις

Ναὶς χρύσεις τοις δακρύεσσι.

Inde Amphitrite Neptunoque editus ipse

Erit Triton Deus inognitus, qui vasta profunda

Cum patre & cum matre colit; quicquaque tecla

Incolit eximius Deus.

40

Acesander vero Eurypyrum & Tritonem filios fuisse Neptuni & Celenni seti-  
pum reliquit, ac Steropem Solis filiam nupsisse Eurypylo, cui genuit Lyc-  
nem & Leucippum. At Numenius in libro de Piscationibus Oceani & Te-  
thys filium Tritonem fuisse inquit. Lycophron Nerei filiam putauit, ut pa-  
tet in his carminibus, in quibus inquit poculū donatum fuisse Tritoni à Me-  
dea, quoniam is Argonautas rexerit, cum in syrtes incidissent.

Ooo 2 auctor